



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Handleitung Zu leichterem Gebrauch Der Geist- und Sittlichen Unterrichten In Ewigen Wahrheiten

**Calino, Cesare**

**Augspurg ; Graez, 1744**

**VD18 80280064**

Dominica IX. Post Pentecosten.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49389](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49389)



CONCIONATORIUS. 141

animam quoque gravibus ruinis involvat.  
*Mense VI. Disc. 159. pag. 116.*

5.  
*Facite vobis amicos. Luc. 16.*

Totum hoc Evangelium docet invocandos esse Sanctos : videbis , quantopere DEO placeat, nos in ærumnis ad Sanctos confugere : quid agendum tibi ad impetrandum eorum patrociniū : quàm efficax sit eorum intercessio. *Mense X. Disc. 299. pag. 463.*

DOMINICA IX.  
POST PENTECOSTEN.

1.  
*Videns civitatem flevit super illam.  
Luc. 19.*

Et quid mirum? Considerabat nempe præsentem urbis pulchritudinem, templi sanctitatem, ædificiorum majestatem, civium opulentiam &c. Contra verò intuebatur futuram illius ruinam & dissipationem. Verùm sub urbis hujus figura multò acerbius deflevit horrenda animæ damna ac miseras, quibus se peccatum mortale involvit. *Mense I. Disc. 21. pag. 328. à num. 8. ad finem.*

2.  
*Erat docens quotidie in templo. Luc. 19.*  
Non



Non cuivis vacat singulis diebus in templo audire verbum Dei. Verum si quivis Christianus in gratia constitutus, teste S. Paulo, templum Dei est, quotidie docentem Dominum audire potest, piam lectionem suscipiendo. Hæc cum industria est obeunda. *Mense I. Disc. 13. pag. 171. usque ad num. 5.*

3.

*Circumdabunt te inimici tui vallo. Luc. 19.*

Inter cætera flagella, quibus Deus orbem castigat, bellum est: gravis est fames, gravior pestis; verum per utramque plurimi ad poenitentiam convolant, & cælum occupant: bellum verò strages, incendia, prædationes repentinas secum vehit, multasque animas in periculum & ruinam trahit, ac manifestum irati Dei signum est. *Mense IV. Disc. 117. pag. 472.*

4.

*Circumdabunt te inimici tui vallo. Luc. 19.*

Primus bellorum author est Deus, qui illa nobis immittit in castigationem peccatorum. Duces, & milites focii illius sunt & instrumenta: *Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.* Qui igitur belli periculis liberari vult, pacem cum Deo faciat. *Mense IV. Disc. 118. pag. 489. usque ad num. 9.*

5.

*Circumdabunt te inimici tui vallo. Luc. 19.*

Summa hominis miseria est, habere inimicum

cum



eum Deum: summa infania est, contra illum pugnare, qui superari non potest, sed parata semper arma habet, quibus nos opprimat. Pacem igitur cum illo ineamus, atque ut illam à Deo facilius impetremus, mediatores adhibeamus Deiparam, & SS. Caelites. *Mense IV. Disc. 118. pag. 498. à num. 9. ad finem.*

DOMINICA X.  
POST PENTECOSTEN.

I.

*Non sum, sicut cæteri hominum. Luc. 18.*

Non adeò mirandum est, quòd Pharisæus iste sic intumuerit propter quascunque justitias suas: peccatoris præsentia eum inflavit: *Velut etiam hic Publitanus.* Illud verò prorsus mirabile, quòd peccatores gaudere seque ipsos consolari soleant, quia non soli sunt, sed similes sui plurimos noverint peccatores. His eximendus est error: nam 1. verum non est, quòd cæteri omnes sint peccatores. 2. Si etiam verum esset, tu peccator esse non amplius deberes. *Mense I. Disc. 28. pag. 466.*

2.